Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Si ergo homo apud hominē de quo minime presumit
fieri intercessor erubescit. qua mente apud dnm inter
cessionis locū ꝑ populo arripit. qui familiarē se eius gre
esse ꝑ unte meritū nescit. Aut abeo quomodo alius
ueniā postulat. qui utrū sibi sit placatus ignorat.
Qua intro ē adhuc aliud sollicitius formidandū. ne qui
placare posse irā credit. hanc ipse ex proprio reatu
metetur. Cuncti enī liquido nouimus. quia cum is qui
displicet ad intercedendū mittit. irati animus addete
riora prouocat. Qui ergo adhuc desideriis terrenis
astringit. caueat ne districti iram iudicis grauius accen
dens. dum loco delectat gloriē. fiat subditus auctor
ruinē. Solerter ergo se quisq; metiatur ne locū regimi
nis assumere audeat. si adhuc in se uiciū dampnabiliter
regnat. ne is quē crimen deprauat ꝑprium. intercessor
fieri appetat pro culpis aliorum.
Hinc ceni superna uoce admoysen dicit. Loquere
ad aaron. homo de semine tuo ꝑ familias qui habuerit
maculam. n offerat panes d̄o suo. nec accedat ad minis
terium eius. Ubi ce repente subiungit. Si cecus fuerit.
si claudus. si uel paruo uel grandi ce torto nasu. si fracto
pede. si manu. si gippus. si lippus. si albuginē habens in
oculo. si iugem scabiem. si impetiginē in corpore. uel pon
derosus. Cecus quippe ē qui supne lumen contemplano